Orzechowski

DIATRIBA

Cracoviae 1548

DIA:
TRIBA STANI
slai Orichouij Ruteni
cõtra calumniam, Ad
Andream Miekicium
Tribunum, ac Equi
tem Rutenum.

CRACOVIÆ.
*Apud uiduam Floriani Vn
glerij. Anno Dñi 1548.*

STANISLAVS ORICHOVIVS RVTENVS, IACOBO Prilusio Polono, Petri Cmitæ amanuensi. S. D.

RESpondi calumnijs Iacobe, quibus eram aspersus, non tám a maleuolis, quorum copiam nobis non deesse vides: quám ab nõnullis amicis, qui me veteri more, institutoq; in Ecclesia versari dolet. Ego aût, qui nihil probem, quod a mente, sensuq;, ac ab ipso, ut sic dicam, cõmuni Ecclesiæ ore dissentiat, facilius de illorũ amicicia aliquid remittere, quám de mea veteri sententia potui. Itaq; Diatribam scripsi: quo nomine, ut scis, omnis diligens, & accuratus Græcis est sermo, interiectus inter librum, & epistolam. In hanc ego contuli, quicquid de Ecclesia unquam sensi: ut hac, ceu argumento quodam planũ fiat, quid sibi de me quisq; polliceri deinceps debeat. Hanc ego ad te mitto, ut tu quoq; aliquando cum animo tuo statuas, quid sequi, quidue fugere in Ecclesia Dei debeas, nõ est enim persimilis ratio ipsius Ecclesiæ, ac est artiúm cæterarum, de quibus ambigas licet ut uelis. At in Ecclesia unum est necessarium, in quo omnino acquiescendum tibi est. Si enim ex Ecclesia ordinem sustuleris, si Pontificem eieceris, si Episcopis uera docentibus non parueris, aut si Ecclesiam toto terrarum orbe diffusam esse negaueris, in aliquoq; loco singulari concluseris, ac illius cõmunem sensum

in uerbo dei

bo dei neglexeris, speciem quidem ipsius Ecclesiæ disputati
one tua fortasse tenebis, rem uero ipsam totā amittes, quæ
non in fucosis uerbis, sed in animi quadā inductione, eiusq;
cōprehēsiōe consistit. Quare ut uel meo exēplo cōpendium
rationū tu tuū facias, rectisq; oculis Ecclesiam dei aspicias
hāc diatribā a me accipies eo animo, quo soles cætera. Non
alienū erit hoc munus amicicia nostra, quam tecum semper
sācte colui, uel quod fide tua cōmemorabili in tuēda amici-
cia delectarer: uel quod ingeniū tuū magnopere probarē,
natum rebus optimis, in quo nullæ præstigiæ laterent, nullæ
fallaciæ, sed simplex quidam in illo inesset candor, obuius,
& expositus intuentibus. Huc accedit magnus nodus bene-
uolentiæ cōciliandæ, ipsæ literæ, in quibus tu summis tuis
occupatiōibus ita uersaris, ut cū Polonia nusq̄ sis egressus
superes tamen multos, qui literarum nomine sunt peregrina
ti. Quo magis etiam doleo, te ad ea colenda tractandaq; tē
poris ac ocij nihil habere, ad quæ tu natus es. Sed cōsola-
re te quæso hac ista cōmuni Polonorū sorte, soli enim ex
omnibus sunt Poloni, quorū qui possunt literas discere no-
lunt, qui uero uolunt, hi non possunt: ita alijs ad discendum
deest uoluntas, alijs uero facultas, ingenium aut nulli om
nino. Multos ego homines noui, multos adij, cum multis eti
am uixi: nullos tamen uidi, quibus Poloni industria nō esset
pares. Inest mihi crede, in Polona gente naturale quoddā
ingenij bonum, sed id partim inopia, partim uero neglige-
tia añ maturitatē in multis perit. Magnum opus est ipsius
doctrinæ Iacobe mi magnis opibus, ac premijs excitādū
ad laudem & gloriam, quæ si tu remoueas ab hoc discēdi
assiduo

assiduo munere pauci reperiētur omnino q scire literas no
lent, neglecta enim frāgitur desperatiōe uirtus, frigetq; in
his semper, quos relictos uidet. Sed hæc tractabuntur
fortaße a nobis alias uberius, & quidem in ea
oratione, qua ad studium philosophiæ
cohortabimur Polonos, cuius inter-
missione, uides quam ubiq;
prudentiæ inanissima sint
oīa; audatiæ uero, &
insolētiæ plenissima.
Tu interea hæc
leges, & ua
lebis nosq;
amabis.

Datum Calendis Iunij ex Kupna meo,
paterno rure. Anno Christi Dei
nostri. M. D. XLVIII.

DIATRIBA STANISLAI ORICHOVII RVTENI, contra calumniam Ad Andream Miekicium, Tribunum, ac equitem Rutenum.

SCriptum sine nomine mihi abs te
ac Posnania ad te missum, molestũ
mihi fuit, non tam quod in eo no=
taretur vita nostra, quam quod in
ea tempora incidimus, vbi nisi ve=
terem sentẽtiam abijcias, & sequare nouã, vanus
videaris esse, ac leuis. Ego quod more, instituto q;
veteri legitima fero imperia: quod iurisdictionẽ
agnosco, quod Episcopo meo pareo, ĩ quãta sim
infamia vides. At si (vt isti nũc volũt) Episcopum
ex Diocœsi iurisdictiõem ex foro: imperiũ ex ec=
clesia eijcerẽ, nõ Ciceronian9 tantũ, id quod mihi
falso iste tribuit: sed merus etiã tũ credo viderer es
se christian9. ita nũc nihil delectat, quod non idẽ no
uũ sediciosũq; sit. Colligit omneis meas sententias,
notat cõclusiõeis: iusiurãdum recenset, in quib9
illud sũmum est quod damnat, quod oẽm statum
Ecclesiæ ordine putem contineri, qui vtiq; nullus
erit, nisi a primo aliquo ducatur ad postremũ. Pri
us enim & posterius ipsius sunt ordinis fineis. q̃s si
ex ordine demas, ordo ipse soluet, ac perit. Quare

ꝓpterea ab isto in crimen vocor, quod ordine sic
Ecclesia cõstituto, cum ipso terrarũ orbe sedẽ po
nam Romæ primam: a qua ordo incipit ecclesiæ
perpetuaturq;, & quod eum, qui huic præest sedi:
legitimũ põtificem, non idolatram, neq; beluã Ba
bilonicã appellem, Est vero hęc ipsius orbis terræ
vox, quam ego in libro ꝓ ecclesia Christi contra
Lutherũ defendi: non est mea: vetus est: omniũ
gentiũ cõsensu in hominũ vita firmata: nec teme
re, sed illis Domini ad Petrũ verbis. PASCE A
GNOS MEOS. in Ecclesiã introducta. Qua de
re q̃m a me illo in libro copiose disputatũ, vt opi=
nor: est, ideo hoc loco non agam pluribus, tantũ
dicã me omnino putare sedem Romę primã esse.
Eum aũt qui huic præest sedi vicariũ Christi esse:
quẽ qui spernit, illũ in ouili Christi nõ esse. Quod
si quid hic istis errare videor, libenter erro: meq;
isti cũ ipso terrarũ orbe errare patiãtur. Quæ tamẽ
sententia si a me peruersa, aut impia illo libro pro
lata est, cur autor iste tuus erroris nos non arguit?
cur parcit argumento? cur capita ipsius libri se=
quens veriora nõ docet, nostra falsa esse cõuincẽs.
Sed hoc ille nõ tm̃ non facit, sed etiam nomẽ suũ
demit de scripto vt lateat magis: & iure quidem.
Vidit enim quantũ periculi in re esset, non tm̃ ab
ordinaria potestate, q̃ntum ab inopia argumenti.
Quid em̃ quæso tam incredibile, aut inhumanũ ẽ
quam posse cœtus nr̃os cõtineri absq; vno rectore
aliquo certo, atq; moderatore communi, quæ ita
nota sũt, vt si nos cætera deficiant, tamen hoc ita

esse ipse insitꝰ nos doceret sēsꝰ. Habes tu possessiones nō minꝰ cultas, q̄ lautas Miekici, periculū fac, Nemo sit q te absēte vices tuas obeat: Nemo sit villicus: Nemo coloniæ tuæ modereť, Næ tu multa desiderabis redičs: non fidem, non diligentiam non operam vllam bonam illic reperies, quid ita? qa ibi nō erat ordo cōstitutꝰ abs te, qui sēper fluit a priori ad postremū, citra quos fines nihil potuit recti ruri tuo cōsistere. Multa ego tibi memoriter narrare possem, quæ ac quantæ respub. hoc isto ordine sublato perierint seditionibus, cum æqualiter se posse in his ꝓfiterentur omneis. Sed ne nimis cumulate respōdere videar, prætermittā: cū prolixe docere possim, Non tm̄ ciuitates ipsas, sed ne ipsam qdem rerū naturā posse subsistere, nisi in ea sit ita aliquid prius, vt nullo vnq̄ tēpore sit reliquo posterius. Sed hæc remoueātur de medio nos quibusuis exemplis certiorē habemus illam Dei vocem, qua hæc causa nititur.

Philippus quidem Melāchton, hoc idem cōcedit quod & nos: re ipsa coactus, sed ita tn̄ cōcedit, ut id Pontifici Romano ꝓpriū esse nolit, Nam is ait in eiusmodi ordine Ecclesię & si detur princeps, id aūt est prior aliquis, tn̄ id non ad necessariā aliquam Ecclesiæ rationem, sed ad cōmodiorē ipsiꝰ administratiōem cōuenire. In quo non dicerē errare Philippū virum tantum, ac tam excellentem nisi illi vehementer oīs aduersareť vetustas, in quā si oculos inferas, nihil in ea sanctius videbis Romanæ sedis

næ sedis nomine vt hoc cōstet Pontificem Romanum non esse κατὰ συμβεβηκός Id est per accidens vt Philippus uult, Sed esse καθ' ἑαυτό Id est per se vt Christus iubet in Ecclesia Dei, vt ab illa remoueri nequeat, ne ratione quidē vlla. Nam ista Dei vox P A S C E peruenire credenda est ad Petrum, hoc aūt est ad Pontificem Romanū: cum forma pascēdi atq̄ charactere quodam insigni, ac perenni. Neq̄ eñ Grāmatici est ista vox, Neq̄ Rhetoris, Nec Philosophi. Sed ipsius sūmæ, atq̄ præstātissimæ naturæ, ad suum (vt sic dicam) naturatum, quod semper fit ratiōe quadā, atq̄ mō vt dicere ipsius Dei non sit aliud, quā creare aliquid quod nō erat prius. Quare cum audiamus Petro dicere Deum P A S C E intelligere sine dubio debemus, hoc isto verbo effectum esse aliquid in Petro, quod in eo autoritatis sit sūmę, ac potestatis: vt inde postea ducantur ratiōes similitudine quadam regedarū ciuitatum. Nam cum inter omnia Rerumpub. genera, quę tria esse perhibētur, ex cōparatione rerum ciuilium ad hanc de qua dico naturā, Nihil melius esse neq̄ præstabilius regno sit cognitū, vnius hominis imperiū prudentes homines antepósuerunt multorum imperio. Quod vnus homo & pacē facilius custodiat: & ipse a se dissentire nequeat. Ita Ciuilis ratio naturā sequiť non natura rationē ciuilem. Quāobrem non est cur hanc diuinam pascendi rationē in Petro de sententia Philippi permisceamus cum ciuili: quę

imitatrix est, ac æmula eius quod fit, cõstituiturq́ a natura.'.

Sed hęc ratio & si verissima sit, incurrit tñ apud Philippum in multas calumnias. Nam & sophistica esse dicitur: & ad contentiõm quæsita, perinde ac si nos hoc loco rebus accersitis agamus: & non e re ipsa de qua agitur sumptis. Cũ em̃ dicatur Petro. P A S C E. Profecto hoc istud pascẽdi munus peruenit ad Petrũ cũ intrinseca quadam pascendi ratione. vt hic cauillis locus sit nullus. Atq́ hac de re fuit vna omniũ opinio tã latinorũ quã Græcorũ ipsorum, quæ nũc adhuc manet apud ipsos Græcos vera atq́ integra. Qui, & si a latinis nõnullis de rebus dissẽtiãt: de hac tñ cũ Latinis obnixé consentiũt, quorum consensio, atq́ autoritas apud me tãti est, vt etiã si caussam proferre nequeam, cur Petri pascendi ratio nõ sit administratio ciuilis, sed diuina, tñ cederẽ mea sententia, si quam his aduersam haberẽ: præsertim cum ita sit scriptũ, Interroga patres tuos, & dicent tibi, &c. Nunc vero cum & ipsa Dei vox sit in medio, qua princeps in Ecclesia renunciatur Petrus: quæ missa creat res, atq́ informat, estq́ semper efficax, nunq́ est ociosa: Omneis illos reprehendo minimeq́ sequendos puto, qui hũc ipsum principatũ Petri aut tollunt funditus, aut non necessario esse in Ecclesia contendunt.

Hæc est mea Theologia Andrea Miekici, quã autor iste tuus irridet, non docta quidẽ, fateor: sed ita tñ nota, atq́ peruagata, vt in ipsis rudimẽtis nostræ religionis notius nihil nobis debeat esse. Quare, & in illo libro pro Ecclesia Christi, cui M. Lutherum si vixisset negat responsurũ fuisse: nõ hoc egi, vt me Theologum esse Lutherus agnosceret, sed vt omnino Christianũ. Itaq́ illũ librũ scribens, non sane tũ cogitabã esset ne nobis M. Lutherus responsurus, Sed vt Luthero respõdẽs, ipse rationes meas confirmarẽ, quæ fluctuare interdum videbantur. Quo in libro si alijs nõ persuasi, mihi certo ipse persuasi: In petra Ecclesiam collocatam esse, Habere illam claueis, Clauigerũ item, ac ipsas inferorũ portas. Hæc em̃ capita illius libri fuerunt. Quod si ob has res ratiões nostras irrisurus fuisset Lutherus, videat iste quẽ illum nobis velit videri: cum illum res tanti momenti, ac põderis demoliturũ fuisse dicat, nõ argumento, neq́ ratione: sed irrisione, atq́ ioco. Nam quód me illi parem dicit non esse, verum id quidem est, nam neq́ ipse mihi videor, hoc ergo huic do, vt amico. Nam neq́ ille nos videtᷣ odisse. Si em̃ vt inimico responderẽ, ego hoc illi nõ darem: paremq́ nobis Lutherũ non fuisse in caussa religionis contenderem: teq́, meq́ Miekici omnibus rebus Luthero superiores & olim fuisse, & nunc esse defenderem. Nam si eam doctrinã, ad quam nati statim adhibemur, a matribus ipsis no tam habere debemus, earum certé rerum scientia vicimus

vicimꝰ Lutherũ,quas cũ hac luce simᵘl hausimꝰ:&
qbus datur salus quas M.Lutherus oẽs parti labefe
cit:parti ꝟo ex hoĩm vita deleuit. Hac ergo tali sci
ẽtia nos gloriaremur Miekici, cuiꝰ finis est nõ dis-
putare,sed agere:nõ scribere,sed uiuere.In qua sa
ne re si acumine vinceremur a Luthero,tarditatẽ
tamen nostrã consolaremur cõscientia cõstabilitꝫ
mentis:vt hac teste res in Ecclesia veteres nõ per-
mutaremus nouis.Quanꝗ ego non hercle intelli
gam cur oratio nobis ad ea tuenda,quę ꝓfitemur
possit deesse, pręsertim cum illud a Platone vere
sit dictũ,in eo quod quisꝗ sciret,satis esse quẽlibet
eloquentem, at nos cum nõ in Grãmaticorũ neꝗ
in Rhetorũ scholis ex sophistarũ pręceptis:sed in
domo Dei, ex ipsis vberibus Ecclesiæ suxerimus
illas voces,obediendũ prepositis esse: Ecclesię resi
stere nephas esse: sectas introducere perniciosum
esse,quid tandem est cur aut nobis,aut cuiꝗ om-
nino in tanta rerũ luce oratio possit deesse? pręser
tim cum iste nobis etiam ludens eloquentiã cõce
dat: nec qmuis sane,sed eam certe quæ nobis cũ
ipso Cicerone sit cõmunis. Quo in loco, quantũ
tãdem oratorem Russiam nostram tulisse putas?
aut quomodo vim tantã sustinuisset Lutherus,
quam ita vehementẽ cõtra se vel hoc isto teste vi-
deret? Nunꝗ ille,mihi crede: passus fuisset im-
pune a me,sententiæ suæ oculos orationis splen-
dore perstringi, si quam in me vidisset: respõdis-
set, ac omnia mouisset, quo me a sua sentẽtia ꝓ-
hibe-

hiberet. Quare videat iste quid agat, quidue mi-
hi tribuat, ne dum me Oratorem tantũ esse vult,
ipsum Lutherum inhumanũ faciat. Nã aut ego
is sum,quem iste vult videri, quod si est, turpe e-
rat Luthero me dicente tacere. Aut si & iste fal-
litur, & ego neꝗ orator, neꝗ Ciceronianus sum,
vti certe non sum: cautius is posthac laudet ami-
cos: ne & in scribendo autoritatem ammittat, &
in laudando fidem. Nam quod iste manes ipsius
Lutheri nos exagitare queritur. Primum ego il-
lud opus edidi viuo adhuc Luthero: Deinde mi-
hi non cum homine ipso res est, sed cum opinio-
nibus ipsius, in quibus viuere adhuc, ac spirare
ipse mihi videtur Lutherus. Quare nihil est quod
aut callide, aut insidiose nos egisse illo in libro a-
liquis criminetur.

Venio nunc ad illam querelam, grauissimãꝗ ip-
sius reprehensiõm,qua is quæritur,spes de me re-
pente concidisse omneis illis conclusiõibus pro-
latis,quas ego pro Rutenis,atꝗ Græcis optimo,
atꝗ diligentissimo Episcopo Ioanni Diadusio æ-
didi. In quo illud vel inprimis reprehendit,quod
caussam illam subiecerim Episcopo primũ meo:
deinde Archiepiscopo Leopolien: postremo ipsi
Pontifici Romano, quos omneis contumeliosis-
sime appellat.Cui respondere vix posse videor,
nisi prius de me ipse pauca querar.

Ego Andrea Miekici,cum ab adolescẽtia optimi
patris studio me ad eas artes applicarem, quibus
ad

ad humanitatem formamur: hoc mihi inicio ꝓposuerã, quicquid inde ducerẽ, ne illud desidiosa cõmentatione vestirem: sed vt illud in lucem, cõspectumq; proferrem. Itaq;, cũ in Germania primum, deinde in Italia septem, & decẽ annos magnis patris mei sumptibus, ac incredibili diligẽtia versarer in optimarũ artium disciplinis, hac vnica spe laborem nostrũ consolabar: fore videlicet tempus, quo huius diligentiæ fructus colligerem non solum fauentibus, sed etiã adiuuantibus principibus Ecclesiæ viris, quam meã spem, & cogitatiõem fefellerũt varij nostri casus. Nam post reditũ, cũ vix res ipsas cõmunes attingerẽ, subito in me inuidia omnis acerbissime exarsit, qua ego cõflagrassem protinus, nisi partim innocẽtia, partim ope vestra ab illa flãma seruatus fuissem. Ardebant quorũdam odia in me: incitabãtur etiã illo studio, quod me ĩfestũ patrijs moribꝰ, inimicũ ocio hostem religiõis arbitrabãt esse omneis. Neq; vero id fiebat vlla culpa, aut professione inusitata mea: sed quod eorum mores, vitam, instituta nõ ferebam, qui ipsius Ecclesiæ sumpta persona, Ecclesiam ipsam euerterent: ideo neq; illi me vicissim ferebant. Cum enim ipsius religionis prætextu, res in Ecclesiã pernitiosissimas viderẽ esse introductas, nõ dissimulaui dolorem meum: sed ita prẽme tuli, nisi hac sentina exoneraretur Ecclesia nunq; caussam defuturam dissidijs, neq; sectis, hic enim meminerã dissidiũ extitisse Gręcorum cum Latinis; hinc Lutheros; hinc Zuinglios hinc Carolostadios prodijsse: A quibus si quęras quid in veteri cõstitutione Ecclesiæ requirãt, nihil dubio procul respõdebũt: si vere loqui volent, at in vsu ipsius Ecclesiæ, moribus item nostris, plurimum se requirere dicent, quorũ odio ea quoq; mutarent, quę in Ecclesia essent bona. Quæ quoniã & ab illis vere dicũtur, & ego hac ista calamitate Ecclesię vehemẽtius commouerer, in suspitiõem res venit cum Luthero, nempe contra Ecclesiã facere me, cũ interim ego nihil agerẽ minus.

Huc accedebat ipsorũ Rutenorũ caussa, quos dolebam ꝓpter calicem, & vxorem cũ Græcis discessisse a Latinis. Itaq; cum liberius defenderem hos Christianos esse, neq; ꝓpterea in impiorũ partem, neq; in hostium numerũ trãsferendos, quod illorum plebs calice, sacerdos aũt vteretur vxore, cũ cætera illis cum Latinis essent salua. Multorũ læsi voluntates, eorum præsertim, e quorũ improbis moribus, ea mala orta sunt, quæ nostra fert ætas, Hanc meam libertatem cum multi nõ ferrent: & cum eam varijs calumnijs quotidie exagitarent, exilio ab his pene mulctatus sum. Nam & Tarlo Episcopus, qui proxime est defũctus, quam sit me propterea persecutus, meminisse debes: cui parũ fuit spirituali (vt vocant) gladio sępius ferire me nisi etiã secularem adhibuisset. Nam is Stanislaum quoq; Odrovvasz Palatinum Russiæ adiutorem habuit, qui tamen meorum ꝓpter summa studia amicorum, frustra illi sæpe cõtra me venerat. Nec

videba

videbatur Palatino, & Episcopo mortuo, finem
habere controuersia hęc, nisi Deus ipse in has ter-
ras misisset Ioannem Diadusium hominē singu-
lari humanitate, ac rerum vsu præditū, qui cum
perturbatam Russiam defensione illa mea offen-
disset: diocœsimq; accepisset varijs ru moribus, ac
odijs refertam, non putabat se aliter illas contro-
uersias, quæ in Russia inter Græcos, & Latinos
ex studio partium quottidie oriebantur, sedare
posse, nisi die mihi dicta, vt re in iudicio palā pro-
lata, atq; explicata, nemo deinceps me autore er-
raret. Itaq; id quod semper sperabam, diem mihi
dixit: ad quam cum paucis familiaribus veni: cū
mihi ad illud iudicium, vt scis, omneis fere munici-
pes mei studiū ac operam ꝓfiterentur, quibus ego
vti nolui, partim quod rem mihi sciebam esse cū
optimo, atq; mansuetissimo viro: partim vero
quod vi, & armis disturbare iudicia alienū putarē
ab eo, qui veritate non cōtentione niteretur. De-
inde cum status Ecclesiæ maxime iudicatis rebus
contineatur, volui vt ociose de summis rebus,
maximeq; ad ipsam Rempub. pertinētibus disce-
ptare in iudicio ipsi Episcopo liceret. In sermone
atq; expectatiōe oīm erat res: quidnam illo iudi-
cio, non tam de me, q̃ de ipsis Rutenis statuere-
tur, de quibus iam illa inueterauerat opinio, illos
Schismaticos esse, in Ecclesia aūt eos non esse. Nā
cū Episcoporū culpa in deterius quotidie flueret
Ecclesiæ res, hoc quoq; ad cætera vulnera adde-
batur, Græcos homines, hoc aūt est potissimam ip-
sius Ecclesiæ partem: Christianos non esse, multo
etiam minus illorū æmulos Rutenos.

Qua de re cum secus ego docerem: ac libellis ædi-
tis Græcos, cum Rutenis in Ecclesia esse perhiberē
& cū hac de causa mihi dies illa diceretur, arrecti
erant oīm animi: exitum huius iudicij omneis ex-
pectabant: quod pacem, tranquillitatem, ac ociū
toti Russiæ prouinciæ polliceri videbatur. Itaq;
ad diem dictā vbi ē ventū, postulata, id aūt ē cōclu-
sioneis: Episcopo ędidi. Quæ qm̄ passim circūfe-
runtur, ac leguntur ab oībus, ideo illas hoc in lo-
co nō repetam, quarū tamen illa sūma fuit. Eccle-
siam aliam nō arbitrari me, q̃ eā, quæ varijs mo-
rib. atq; ordinib. vna fide, atq; vno baptismo, sub
vno Deo, toto terrarū orbe diffunderetur, a qua
qui dissentiret, illum Christianū nō esse. Hanc ean-
dem dixi columnam esse veritatis: ac domiciliū
spūs sancti, quæ errare nullo modo possit: cuius
præceptis, atq; institutis standum esse dixi, etiamsi
non semper liqueat, cur hoc illa mādet: illud aūt
vetet. In hac eadem posui legitima esse, & a Deo
constituta imperia: q nō honoris essent, neq; ambi-
tiōis hūanę, sed cuiusdā secretioris ministerij, atq;
administratiōis, quā veteres Græci ἱεραρχίαν ap-
pellauerūt, in qua sane insignis est Magistratus ip-
sius Ecclesiæ distinctus gradibus iurisdictione va-
rius, administratione vero in Pontificem, Patriar-
chas, Metropolitas, Episcopos, ac ipsos plebanos
diuisus, atq; distinctus, quibus gerentibus, atq;

procurantibus illa inconsutilis tunica Christi dei nostri, quæ Ecclesia est: maneret integra. Cuius sub cruce partitiōem admiratus Augustinus ille non temere, neqꝫ casu quatuor milites in illa partieda fuisse cōmemorat. Et ab his non diuisam forte peruenisse ad vnum miratur, quod postea quatuor viri, sorte quadam diuina, in Ecclesiā exiuerint huius istius tunicæ procuratores, atqꝫ custodes, quos Nicenum, Constantinopolitanum, ac Ephesinum conciliū patriarchas appellauit, inter quos Papæ Romani præcipua sors fuit, vt is integrā domini tunicam possideret: nō possesione illa infami, nec quæstuosa: sed præcipua ac diuina in qua nouo quodam, & inusitato more seruiunt hi, qui præsunt, cui deinde additi sunt, summa ipsius Ecclesiæ volūtate, treis administri, atqꝫ comites, nempe Constantinopolitanus Alexandrinus & Antiocænus. Nam his postea propter summam dignitatem vrbis, Hyerosolimitanus adiunctus est quartus. Horū fidei, atqꝫ ꝓcuratiōi commissa est Ecclesia vniuersa: his seruis, atqꝫ ministris illa nunc regitur: intra hosce cardines illa vertitur perpetuaturqꝫ. Ordine etiam ipsa inter se se cōnectitur certo: cum quidem cęteri cū illo principe, ad quem illa tunica sorte est delata: cōsentiunt fide, & voluntate, vt nihil ipsis obsit ad cōmunem gratiam cætera. Quibus deinde aureo q̄dam nexu adiunguntur Metropolitani, his Episcopi, illis Plebani.

Hæc

Hæc est illa aurea catena Miekici, qua cōnectūtur in Ecclesia ima, summis: extrema primis: nō hominum inuento cōstans, sed Dei placito. Quę mā sit in Ecclesia integra ab initio: manebitqꝫ semper ꝓmissum em̄ illi est, neqꝫ vlla lues barbarica, neqꝫ tyrānorum vis perrumpet hanc istam Ecclesię catenam: nec huius ordinem soluet. Extra quā qui degunt, soluti sunt: ac vagi: eiectiqꝫ sunt a facie vt sic dicam, vniuersæ terræ. Super quos tamen dominus posuit signum ne interficiantur, hoc est ne vnqꝫ desint. Nā necesse est vt hæreses fiāt. &c Nūc ego te reuocabo Miekici nō ad trāsmarinam neqꝫ peregrinā aliquā gentē: sed ad ipsos Rutenos colonos tuos, inter quos prudentiores si quæras, quos illi in Ecclesia Dei ponant gradus, sine dubio a Plebano ipso (vtamur em̄ hoc verbo) ad Episcopum, ab hoc ad Metropolitanum: ab isto ad Patriarcham, ab illo aūt ad Pontificem Romanū gradatim ascendent: vt in hunc postremū desinat similiter & tua quæstio, & illorum responsio. Neqꝫ vero hæc inania sunt ipsarū rerum nomina, quęadmodū autor tuus iste putat, res iste nobis vt notissimæ, ita etiā sunt familiarissimæ. Quis em̄ nostrū Episcopos Græco ritu in Russia non videt? Quis hos ipsos a Metropolita Kiouiensi, qui idem Haliciensis est, renunciari non sentit. Quis deniqꝫ hunc istum ignorat accipere a Constantinopolitano Patriarcha eas quas recentiores Latini cōsecrationes veteres aūt Græci χειροτονίας appellauerunt.

B ij Quo

Quo in loco iste tāq; in aliena Repub. videbatur mi-
hi in Ecclesia Dei peregrinari: ac nimiū curiosus
esse, cū quidē poneret Constantinopolitanā sedem
cum reliquis sedibus, quas Apostolicas appellauit
omnis vetustas: sublatas esse, quasi vero nos, qui
Thraciæ viciniores sumus, ex ipsis Græcis, quorū
apud nos Leopoli magna semper est copia, nescia
mus illam sedem saluam esse, quā Deus fecit inue
nire gratiam ī oculis Solimāni Turcarum tyrāni,
veluti alterum captū Ioseph, vt illa sit vera ꝓmissio
semper, quod portæ inferorum non sunt præua
lituræ aduersus Ecclesiam, neq; aduersus illius A
postolicas sedeis. Quid quod Kiouiēsis ipse Metro-
polita ad hūc diē mox ꝙ fuerit designatus, ab hoc
isto Patriarcha Constantinopolitano palliū petat
quod quidem Metropoliticę dignitatis est insigne
absq; quo ius illi nullū in ꝓuincia est. Hoc idem de
reliquis sedibus est existimādum. Habemus eñ in
Russia Armenios, qui Antiocænę sedi parēt: vidi
mus etiā ipsi Venetijs Ægiptios, Romæ ꝗq; Æthy-
opas, atq; Indos, quorū Cœnobium sub vaticano
situ est, Alexandrino ritu, quos ego testes esse meæ
impudentiæ minime vellem: nisi ita rem esse, vel te
ipso teste probare possem, perspicis eñ quam hoc
de Græcis, atq; Armenijs vere cōmemorem. De cę
teris aūt planum est his, qui hęc in Italia scire volu
erunt.

Hæc fuit sūma conclusionum mearū Miekici, quę
a me in iudicio proferebātur vere, & ex aīo, perhi
bente mihi

bente mihi ad singula testimoniū conscientia mea
In quo velim scire quid isti reprehendant, ꝓcedāt
in mediū: coram etiam si videtur disserant: nosq;
doceant, quid nam hic alienū aut mandato Christi
aut maiorū institutis admissum a nobis, dictumue
sit? Expecto quidnā velint. Mihi q̄dem nihil posse
videntur. Omnia eñ hęc quę diximus, publica au
toritate cōsignata, testataq; sunt, vt nisi impudētis
simus nihil in his moliri quisq;, neq; conari queat.
Quamobrē, & iste scriptor tuus, cum conuellere
ratione has istas conclusiones nrās non posset: de-
cedit de uia, & in nostrū officiū irruit, caussā meā
inquit Ecclesiæ subijcis Episcopo homini idolatrę
ac ipsius Ecclesiæ hosti. O vocem indignā probita
te Christiana Miekici. Episcopus meus Idolatra ē
aut ego caussam subicio Ecclesiæ ipsius hosti? vere
dicam Miekici, ea vox mihi adeo impudica est visa
vt nisi tuis humanissimis literis prouocatus fuisse
ego isti, nescio cui, nihil responderem. Nam vt su
perbum est non respondere homini pudenti: ita
improbum est impudenti respondere. Quid enim
quæso ad hanc impudentiā addi possit, legitimū
Episcopū, eundēq; sūma fide ac religione prēditū
Idolatram appellare, qui non dico Idolatriā, rem
vnam ex omnibus maxime horribilem, & perti-
mescēdam, Sed ne suspitionem quidem vllius rei
ferat, qua Deus possit offendi. Cuius ego de virtu
te, ac constantia tantū dico, talem hunc in iudi-
cio, quod exercebat, nō de tollenda religione vt
 iste calu-

iste calumniatur: Sed de leuanda perturbatione dioecesis suæ, fuisse, vt nisi religione salua de illis meis conclusioibus pronunciare noluerit, dic mihi dixit impulsus amore religionis cõseruandæ: destitit eiusdẽ religionis autoritate deductus quã ille tanq̃ bonus pater vnicam filiam cũ tueretur, illo iudiciũ non religionem sustulit, vt iste putat: sed sententiam meam iureiurando explicatã, omnibus publica autoritate legendã dedit: vt ne cui deinceps exẽplo essem ad ipsã religiõem violandã, præsertim cum omnis terror ille, omnis seditiõis timor, atq; opinio, ex mea sententia aut incerta aut incognita penderet, ob quam etiã caussam ante illud iudiciũ voces nouæ, ac minę inter Græcos ipsos, ac Latinos ferebãtur, quorum cõcursatio, odia, atq; pugnæ cum metum toti Russię sedicionemq; afferrent, cuius tandem Episcopi fuisse putas, illa omnia incommoda primo quoq; tempore opprimere, ac legitimo iudicio obruere? Idolatræ ne videtur tibi esse factum hoc, an potius fidelis ministri, ac religionis amãtis?

Sed iste procedit longius: plures etiã amplectitur, atq; huic sceleri affines facit. Nam in me iterum irruit, quod in hac eadem Rutenorũ caussa, alias q̃q; ordinarias potestates appellauerim Archiepiscopum nempe Leopoliensem, Pontificem item Romanum, ac ipsum postremo Tridentinũ Concilium, quod tum vocatu Pontificis Romani cogebatur. In quos omnia cõfert probra, atq; dedecora; hoc vnum agens, atq; pręseferens, se extra illam aureã Ecclesiæ catenã degere, cuius supra meminimus: inimicissimum illi Ecclesiæ quę illa ipsa catena clauditur, estq; comprehensa: Cui qui non obtemperat illum Ethnicum & publicanũ Christus fore pręd ixit.

Et tamen iste cum se venditaret suis, quasi incommodis ipsius Ecclesię cõmoueretur, doluit vicem meam, atq; illis spes concidisse questus est, quæ de me ortæ iam creuerant. In quo quid dicam Miekici nescio, laudor ab hoc quicunq; tãdem ille sit: laudem ego hanc asperner, aut ob hanc huic ita me dem, vt ipsius veritatis obliuiscar? Sed pereat hæc laus: quandoquidẽ laus non est, quæ aduersatur veritati. An isti me putabant, vt omnia claustra Ecclesię perrumperem, ac omnẽ necessitudinem ex ea tollerem, contra Episcopum operas & manum comparare debuisse? ita ne illis alienus a sanitate, adeo oblitus constãtiæ meæ, adeo immemor Dei sum visus, vt eos quibus omnibus legib. subiectus sum, euertere cupiam? vt cum illis bellum geram, in quorum sinu æditus, alitus, ac ipsi Deo dicatus sum? Atqui hoc illos vtiq; sperasse docet illa reprehensio: cum quidem reprehẽdũt, quód in illo iudicio fuerim: & quód illas potestates appellauerim, hoc est, quod illa omnia vno impetu simul non euerterim. At ego mediusfidius Mickici, si non res ipsa cognita me ad grauitatem

animi, & constantiam sua veritate reuocaret, tū mihi turpe putarem, eos viros in caussa pręsertim tanta non appellare, quos si non in Ecclesia, vt iste vult: at saltem in nostra Repub: principes esse viderem. Nunc aūt cum agitur honos illorum amplissimus: Dignitas item ordinaria singularis, vt quoties ambigatur inter lepram, & non lepram, hoc est inter doctrinam verā, & falsam: toties illorum sit summū hac de re iudiciū, ego conabor, ego cōmittam, ego appetam mouere illos ordine, spoliare dignitate, autoritatem eripere, & ex ea Ecclesiæ custodia, ī qua sunt collocati, deducere? Caroloftadij hæc laus sit, & Zuinglij, ac ipsius etiā si videtur Lutheri, qui post homines natos ex legitimis vinculis exemerunt Ecclesiam primi: qui omneis leges diuinas, ac humanas ideo euerterūt, vt ex Ecclesia ordinem tollerent: vt omnia in ea confunderent: vt non Pontifex: non Metropolita: non Episcopus vllus in Ecclesia Dei esset: vt hæc omnia plebs ipsa sibi esset: vt tot Pontifices essent, quot vrbes, tot Episcopi, quot homines, deleuerunt, ac sempiterna obliuione obruerunt, patriam illam vocem, atq; auitam, quam hic ponā.

NVLLA RATIO sinit vt Episcopi habeantur hi, quos neq; clerus elegit, neq; plebs expetiuit. Neq; Episcopi cum Metropolitani iudicio consecrauerunt &c.

HÆC ego portenta feram? has pestes tam noxias, tamq; mortiferas stilo deffendam meo? in quo, si quis vigor inest, qui tū nullus est: tū hoc isto leuarem potius hisce malis Ecclesiam Dei, iacturāq; istius siue spei, siue existimatiōis, qua me apud exteros etiam dicit esse, facerem lubens, dummodo hanc istam de qua dico, Ecclesiæ catenam integrā pręstarem meis. Nūc vero cum mea sint modica, & infra mediocritatē omnia, si scribendo nō potero, at certe sentiendo, ac retinendo potero, vt intra septa ipsius Ecclesiæ degam, si minus alios eodem impellere docendo, aut pellicere nō potero.

Nā quòd isti Periclem me interdum, aut Demostenem appellant, dij velint, vt aliquid ego possim dignum isto cognomine. Sed non est mihi tanti hęc laus aliena meo nomine, meisq; opibus, vt hac inductus opinionibus me dem vanissimis. Et vt his inflatus aspernet sententias veras, tot gentiū, atq; nationum, ac sæculorum sententia, vsu, atq; cōsensu in hominū vita firmatas, quibus meus vixit auus: mortuus est proauus: & quas ipse moriens mihi reliquit pater instar hæreditatis amplissimę. Ego ab his dissentiam? ego subito fingar? ego repente mutabor, aut conuertar? vt huius honoris integros fructus non sim traditurus meis posteris? vt æternam memoriam dedecoris post me relinquam? vt mei me posteri aliquando ad Ecclesiæ latrociniū in Orichouiana familia natum fuisse dicant? Quare, non flectar, non fingar ego istis vocibus Miekici, laudem etiam istam remitto istis: spes

spes etiam de me istas concidisse non moleste fero, immo vero illas periisse magnopere lætor. Desinant isti somniare me duce seditioneis aliquas: Desinant religionem a me expectare nouam: illā expectent, quæ semper in Ecclesia valuit: ad hanc me illis adiutorem si velint profiteor: & si videtur, ducem quam omni ratiōe cum illis defendam cōtra hæresim, & contra hypocrisim, quarum altera aperte cum Ecclesia bellum gerit. Altera vero aduersus illam omneis insidias, simulato officio contexit, quę eo perniciosior est, quanto latet magis quam si ego integumentis ipsius simulatiōis euoluero, num parum profecisse caussamq; Ecclesiæ iuuisse videbor.

Sed hoc tamen ita faciendum censeo, vt cum remouerimus ab Ecclesia hypocrisim, illa integra illi relinquamus, quibus hęc ista siue hypocrisis, siue simulatio acciderat, vt cum tali ratione non ordinem, qui illi subest, ex Ecclesia tollamus: sed ipsius ordinis vitium corrigamus, idq; exemplo Pauli agamus, qui cum simulatione Petri offenderetur, nō tn̄ propter simulatiōem illā Apl'um negauit esse, Petrum, cui primas vbiq; concedit, ita ille non munus hominis reprehendit, sed viciū ipsū quod admittebat Petrus. Idem nobis faciendum est, vt cum offendimur moribus eorum, qui nobis pręsunt, si illam simulatiōem pietatis, atq; religiōis in hominibus illis non ferimus, caute tum sane seiūgamus vitia hominū ipsorum a muneribus ipsis.

Ne ea

Ne ea quæ natura sunt seiuncta, nos odio, ac maleuolentia cōiungamus, semperq; nobis sit in promptu Iudas ille Iscariotes, qui fur vtiq; fuit: sed idē tn̄ & Apostolus, qui officij sui nomen non amisit, quòd fur esset, baptisabat, demonia eijciebat: & omnia illa de suo munere faciebat qua parte Apostolus erat. Illa vero quòd de credito auertebat, quod fraudabat, quod dominum prodebat, qua fur erat admittebat. Ita vicia nequissimi hominis nihil detrahebāt de ipsius apostolatus amplissimo officio, ac munere. Atqui hæc talis ratio nō in Ecclesia tm̄, sed in ciuitatibus etiam cernitur. Nā cū fur in furem iudex sedet, non est furi reo exceptio contra furem iudicem, quin ab illo legitime condemnetur. Neq; em̄ illa furi reo prodest tum oratio, quid tibi mecum? Nosce ipsum te. Aut, Iudex non es, quia & tu fur es. Hæc inquam furi in iudicio nihil prosunt, quid ita? quia qua iudex est recte furem iudicat: qua vero & ipse fur est, dabit is quoq; pęnas alio iudice. Idem in Ecclesia fiat, vt quæ damnanda sunt in Prępositis nostris, ita damnentur a nobis sané. Sed illa tn̄ maneat, firmaq; semper sit ipsorum munerū, atq; officiorum ratio: non moueatur suo loco: sitq; eadem dignitate semper, atq; autoritate apud vos. Nō ammittat Pōtifex vim suam apud nos, si secus viuit, aut facit, quam debet. Vrbs etiam ipsa Roma sedem primariam non ammittat, ob illa vicia, quibus infamis apud omneis est. Quod si quid hæc vicia de

amore

amore nostro erga ipsas personas minuunt, de au-
toritate certe ipsorum munerum nihil minuant:
quam cōtēnere nemo potest nisi idem prius De-
um contemnat: qui dixit. Qui vos spernit, me
spernit. Hac tali ego humanitate hypocrisim tra-
ctandā in Ecclesia Dei puto: quōd illa nescio quō
verum religionem consequatur. Non secus quam
consequitur vmbra corpus. Necq vero vlla vncq
tempora ipsius Ecclesiæ fuerunt, quæ hac ista cul-
pa vacare(n)t: ne illa quidem prisca, syncera, atcq
vera fuerunt. Ita nostra humanitas procliuis sem
per est ad libidinem: ad auariciam: & ad ipsam su
perbiam, quæ tn̄ vitia honestatis specie occultant
a nobis: honestisq nominibus pudore coacti res
turpes celamus, infirmitatis nostræ, atcq mortali-
tatis hæc sunt, & fuerunt semper vicia, quæ tamē
corrigenda sunt reprehensione interdum acri, ac
vehementi, quod horum simulatio magnorū sę-
pe malorum tam in Ecclesia, quā in Repub. caus-
sa existat, quæ tum fit, cum aliud agitur, aliud ve-
ro perniciosissime simulatur.
In hęresi aūt omnia secus fiunt. Nihil em̄ agit ī Ec-
clesia, nihil molitur occulte: sed aperte cū ipsa Ec-
clesiā belligeratur. In hac audacias, ac incredibi-
les furores, ac ipsos acerbos facinorū videbis, ple-
nos furore atcq amentia, ex magnis, diuturnis, &
iā desperatis Ecclesiæ morbis, malisq nostris mo-
ribus erumpenteis, quæ cum sanari in nobis nū-
quam possint, eo etiam fit, vt hereses nūcq desint,
quæ

quæ si vnquam fuerunt in Ecclesiam acres, hisce
postremis temporibus omnium sunt acerrimæ.
Quæ em̄ Ecclesiæ pars est, ad quam hæc ista cōta-
gio non accesserit? quæ regio tam remota fuit,
quam non quasi morbus quidam huius istius fu-
roris peruaserit? Omnia labefactata, cōuulsa, af-
flictacq sunt, iacent omnia sine remedio, atcq alle-
uiamēto suo: & sine ea spe, qua quis speret his ma-
lis confectis, atcq eiectis, vt conualescere aliquādo,
& sanari Ecclesia possit sine autorum ipsorū in-
teritu. Quibus cum aperte pugnandū nobis, om-
ni ratione est, horum contumelias, atcq calumni-
as perferamus necessario, si huius istius Ecclesiæ
germani filij volumus perhiberi, Quos ego cū ali-
quot libellis æditis pepulissem, boni viri, ac Chri-
stiani nomen apud illos ammisi, tum etiam illi p-
uerbio locū dedi me πρός τάς βροντάς ἀντιπερδεῖν
Id aūt est, me crepitu, Lutheri terrere fulmina. Ri
dicula sane oratio, nec satis verecunda. In qua p̄-
ter ipsam impudentiam, illud quocq est non me-
diocre scriptoris vicium: non videre, quam hæc
istius verbi inuidia, contumeliacq maledicti: sit mi
hi cum illo, qui iecit, communis. Nam si impudi-
ce agere libet, illa quocq crepitu recte pellunt ful-
mina, quæ inania murmura miscent: & ictu ca-
rent, qualia fere sunt omnia Lutheri. Quid enim
quæso illo in libro aduersus Papatum scripto, vt
de hoc ipso potissimū loquar, allatum est a Luthe-
ro, quo quis sedem Romanam euerti putet: quem
quidē

quidem librum si ad rationem reuoces, non multos illic sane reperies syllogismos: non multas argumentationeis, non dico necessarias, sed ne probabileis quidem, conflatus ille liber est ex maledictis: ac priuatis quibusdam calumnijs, in quibus exultat impudenter Lutherus, & quasi vinolētus inter sobrios saltans cantat illa furoris sui carmīa.

Papasinus.
Paulasinus
Paula non Paulus
Papa Romanus.

Cui quidem ego pro Ecclesia scribens, & si minime maledicus sim ipsa natura: tñ respōdissem hoc quoq; genere, si lenitate nostra abuti in respondēdo voluissem. Neq; vero iste aculeos oratiōis meę, qui reconditi erant, cum Luthero responderem, excussos fuisse tum arbitrari debet: qui si etiā nulli in me fuissent, tñ vel ipso subscriptore populo maledixissem Luthero, si caussam illam maledictis, non argumentis niti contra illum voluissem, cui em̄ irato vnq; iambus defuit? Aut quis vnquā orator non dico vulgaris, sed ille summus e plebe media iurgando non cessit aniculis. Quis harū cōuicia verecunde pertulit? quas si quando adeas, audies illas ex intimo pene ipsius Lutheri artificio in Lutherum illa deprompta habere fulmina, ꝓditor, desertor, diuinarum, atq; humanarum rerū omnium hostis Lutherus. Quibus ego tñ vti contra illum nolui cum propter pudorem meum, tū quod verecunde malui agnoscere bona Lutheri, quàm immodeste ipsius mala cōmemorare. Quare, quam humaniter tractarim Lutherum, liber ipse testis est, plenus humanitatis, vt opinor, ac ipsius mansuetissimi sermonis. In quo si non alio, moderatione tñ linguæ vici Lutherum: Caniq; illud de sententia Comici, ne si ille dignus esset hac contumelia maxime, ego tñ indignus viderer, qui facerem, prętertim in eo, in quo par Luthero nemo fuit. Vicit em̄ is maledicendo omneis: discipulos etiam quos abduxit, nihil, mea sententia, nisi maledicere docuit. Quos si quando adeas, aut si quod scriptum illorum legas, non multa illic leges quæ mirere, si ipsa demas maledicta. Nihil em̄ apud hos definite dictum, scriptumue: nihil partitē, nihil distinctē, nihil suo loco conclusum, neq; argumento firmatum, neq; ratione constabilitum est, vaga, dissoluta, ac incerta feruntur omnia: densaq; rerum caligine sunt inuoluta: Et si quādo interdum concludunt, id tum fit, cum aliquid a nobis capiunt, quod & si in Ecclesia ipsa vniuersa sit integrum, a parte tñ ipsius Ecclesiæ est intermissū: quale illud est de calice plebeio, & de sacerdotum coniugio. In his em̄ illorum serio exultat, ac triumphat oratio: maximoq; cum applausu omniū excipitur, quod in rebus notis, & a nobis cōcessis tum versanť. Neq; em̄ in vniuersum Ecclesia plebem priuat calice: neq; sacerdotem vxore. Quod si vtrūq; horum prorsus non liceret putaret, vtrūq;

q̃ sane damnaret in Græcis, Alexandrinis, ac Antiocenis: At cum vtrũq; istis concedat, vtrumq; licere sine dubio putat. Quod aũt soli his duabus rebus non vtantur latini, eius quoq; caussa fertur: quam ego propter difficultatem hoc loco nõ attingam, seuerior em̃ est, quam quę a me tractet. Quare, non est mirum si illorũ his de rebus est admiranda oratio, nostris em̃ argumentis tum vtuntur, ac in nostro Regno, hoc est Ecclesiæ luce versantur.

Idem intelligendum est de illis rebus, quæ in Ecclesia Dei, alto sepulta erant abusu, quæ prolata, atq; illustrata veteri scriptorum nostrorum lumine, grata sunt populo cum etiam ab illis ipsis iterantur.

At cum ventum est ad illas quęstiones, de quibus ipsi soli ambigunt, Missa memoria ne sit, an vero sacrificium: purgatorium sit, nec ne sit: primat9 item, obedientia, vnctiones, ieiunia, diui, valeant, nec ne valeant: tum misere frigent, tũ seipsi torquent incredibili verborum ipsorum cõtrouersia, pro quibus cum se Chrysippeis nodis obligauerint, huc ad extremum euadunt, vt non conclusione, sed maledictis concludant id, quod misere vix vi sunt enixi, quod vt condiant plebi, illa epoda habent in promptu: Papa Antichristus: Episcopus tyrannus: auarus Plebanus: maledicti pręter nos omnes cæteri. Sic illi illud suum, quod nulla ratione probant, maledictis adornant, atq; ostentant. At quanto rectius facerent, si ipsam Ecclesiam, quæ vbiq; est: audirent, quæ nunq; errat, nunq; fallitur, quæ ritu vario, & diuerso more, eadem retinet vbiq;, quæ ad vitã spectant. Nunq; em̃ Græcus a Latino, Antiocænus ab Alexãdrino de Missę ratione dissentit: nunq; de purgatorio: nunq; de primatu: nunq; de ieiuniis: neq; de diuorum cultu. Non solum aũt haec apud om̃es sunt vniformia, sed cærемoniæ etiam illæ sanctissimæ per æque vbiq; custodiuntur, cuiusmõi sũt vnctioneis: templorum consecrationeis: mortuorum sepulturæ, ac pro iis preces: eadem enim hæc in omni parte Ecclesiæ manẽt, quæ isti ex suis Ecclesiis exploserunt, magno cum ipsarum etiam Rerumpub. motu.

Quodne quoq; apud nos fiat, prouidendum est, quod quidem aliter prouideri non potest, nisi p̃positis nostris pareamus: & ad horum præscriptum, atq; nutũ in Ecclesia Dei viuamus, neq; vero nos, vt prius etiam dixi, ab horum autoritate alienet illa reprehensio vitæ, doctrinæq; illorum. Nam & hij censores habent suos, vt ne his quidẽ liceat, id quod libeat, sunt em̃ isti in Ecclesia Dei ad veritatem dispositi gradus. Nam Episcopum, Metropolita: hunc Pontifex, illum cõciliũ apud nos iudicat.

Neq; verõ hoc in loco prætereunda silentio est illa calumnia, cum quidam isti asseuerant cum de iudice Ecclesiæ agitur, Sic em̃ dicũt de vita, atq;

 doctrina

doctrina decernendum esse non homine, sed ver-
bo Dei. O peritos homines, ac nimium callidos,
qui nisi admonuissent nos nesciremus, quid ver-
bo, quid homini esset tribuendū. Nouimus quip
pe & nos verbo Dei standum esse nobis in causis
nostris. Sed hoc tñ verbum, nisi accedat os homi-
nis, mutum erit cum eo sententiã iudex feret ne-
mo, quemadmodū est in parte Lutheri, apud quē
nulla est certa potestas, quæ stare cogat secun-
dum hoc verbum rebus iudicatis: sed quod alter
decernit, idipsum alter rescindit, vt quantum alī
se verbo Dei dicat decernere, tantum alter quo-
q; hoc eodem verbo respondeat se rescindere, nec
finem habitura est contentio, donec aliquam no-
uam hæresim pepererit.

Et merito quidem, nemo em̄ apud illos ordina-
rius causarum cognitor est, iudex nemo, tātum
quisq; vincit, quātum petit: Quo fit, vt quotidie
error apud illos errore cumuletur nouo, at apud
nos secus est. Sunt em̄ Iudices ordinarij: qui legi-
bus latis in officio homines etiam principes pos-
sint continere, quorum imperio subiecti sunt sū-
mi, ac infimi omneis. Plena exemplorū est vetu-
stas: nobis etiam nostra nō desunt, quibus liquet
summum fuisse, & esse de summis etiam viris Epi
scoporum iudicium. Nota em̄ sunt exempla illa
Siluestri, in Constantinum: Ambrosij, in Theo-
dosium: Gregorij, in Henricum: & nostris tem-
poribus Clementis in Ioannem Hungariæ, ac Hē
ricum

ricum Angliæ reges, quorum delicta corrigebat
ab Episcopis nostris Regnorum etiam ipsorum
priuatione, tanta est autoritas in Ecclesia Dei, or
dinariæ potestatis, quæ a me non instar Idearum
Platonicarum, vt iste calumniatur: finguntur,
sed vt sunt, vt videntur, vt sentiuntur, ita a me
hoc loco ponuntur, cui quidem potestati ego cū
me subiectum esse omnibus legibus intelligam,
summa illi omnia tribuo: summumq; illius de
me iudicium esse debere confiteor, idq; nō emo-
lumento aliquo, sed conscientia impulsus facio,
potui em̄ citatus in iudicium non venire: neq;
caussam illam Episcopo meo subijcere, nulla vis
mihi afferebatur, metus nullus, sola me, vt iā di-
xi, adducebat conscientia, vt in ius illud ambu-
larem. Quare cum defendendis Græcis, & eden-
do cœlibatu viderem quantas turbas darem, in-
telligebam mihi reddendam esse rationem horū
apud legitimum Episcopum, quem contemne-
re non potui, nisi prius omnes ordinarias potesta
tes per summam contumeliam contemnerem.

Itaq; in illud iudicium veni eo animo quo meri-
to venire debui, hoc est, non proteruo, non teme
rario, non arroganti lege interrogatus, lege respō
di: conclusiones ꝓ Ruthenis ædidi. De oratione
contra cælibatum a me scripta grauius fuit iudi
cium, cuius præcipitata æditio cum vehementer
offendere ordinem nostrum videretur, ædēdi il-
lius caussam a me iureiurando remoui. Quod qui

C ij dem

dem iusiurandum quoniã & iste carpit: & pleriq; de eo ambigunt capita illius breui percurrã: vt intelligas, nihil nos alienum nostra professiõe, nihil nisi conscientia teste iurasse, quod antequã facio, illud prius audi.

Magna mihi necessitudo semper fuit, summusq; item vsus cum Martino Cromero Biecensi, homine erudito, ac propter multas caussas mihi amico, quem hoc loco honoris caussa nomino, cum hoc homine Patauij primum, deinde Bononiæ complures annos cum suauissime, coniunctissimeq; in illa bonarum literarũ mercatura ita vixissem, vt non tm̃ nos vna domus caperet, sed sæpe etiam idem lectus, erant nobis cætera cõmunia, præter sententias quasdam: de quibus ambigebatur sæpe inter nos, amicicia nostra salua: quarum illa vna fuit, quæ de matrimonio Græcorũ sacerdotum in Ecclesia circumfertur. Non licere hoc ille idem latinis, quod Græcis: ego cõtra licere arbitrabar, siue quod a ratione hæc mea sententia abhorrere non videbatur: siue quod ex ea gente ortus essem, in qua Matrimoniũ sacerdotũ summo semper in honore fuit: siue quod in eam partem natura propenderem magis. Ita ego partim natura, partim vsu, partim vero ratione tuebar hanc istam de Matrimonio sacerdotum sententiam. Verum cum ille me in suam, ego vicissim illum in meam sententiam non possem adducere, eo ventum est, vt ille libello ędito, qui in ma

nibus

nibus est, sententiam illam suam contra me tueretur, quæ tametsi vt ab homine ingenioso magna ratione tractata esset, Non ea tñ, vt mihi qdẽ videtur, contra quam si non vere, at verissimiliter saltem disputari non possit, quare huic libello Cromeri alia quadam ratione statui occurrere, quam ille scripserat. Nam cum caussa illa maior esset, q̃ quæ angustis disputatiõis finibus caperetur, exemi illam ex vinculis illis, & quasi in foro ageretur, sic illam egi, sic omni ratione pugnaui, vt videretur esse digna multis, quæ Tridẽtum ad cõcilium mitteretur. Quæ cũ a me tractaretur rebus vndiq; collectis, illisq; vel inprimis retorum atributis, ipsa tractatio necessario rapiebat secum illa, quibus multi, qui Cromeri sentẽtiam probabant: poterat offendi. Quod ego cũ animaduertissem, ne temere aut inimicicias hominum potentiũ susciperem, aut ea ęderem, quę ipsius ordinis existimatiõm lęderet, Id quod scripseram Cracouiam Martino Cromero e Russia transmisi: Iacoboq; Prilusio homini mecũ magna familiaritate coniuncto perferendum dedi, hoc quidem consilio, vt Cromerus adhibitis doctis viris, quorum Cracouiæ magna semper est facultas: illam orationem recognosceret: de eaq; statueret: neq; prius æderet, quã mecum sententiam cõmunicaret. Sed ea res nobis secus cessit. Nam intra paucos dies quã Cracouiam venerat, illa oratio prodijt, ac in manus hominum venit,

tãto

tanto studio, vt e uestigio ipso pene a tota Craco-
uia legeretur, ad extremum serpsit etiam longi-
us, ac breui tẽpore Poloniam ipsam Prussiam,
atq; Russiam totam magno cũ tumultu sic obi-
uit, vt multi principes senatus Episcopum meũ
reprehenderent, qui ea a me aedi pateretur, quae
ad existimatiõm ipsius ordinis sacri vehementer
pertinerent. Displicuit & mihi (vt verum fate-
ar) illa aeditio, in qua cum stilo, vt fit in declama-
tionibus, indulgerem, multa liberius dixi, quibꝰ
iure quidam offendi poterant. Quod ego nũq;
admisissem, neq; tam temere in offensionem or-
dinis nostri incurrissem, si illam orationem, ita vt
Cracouiam missa erat: ędi voluissem, fateor qui-
dem, id quod etiam pręmesero: me in animo ha-
buisse, orationem illam, si Cromerus autor fu-
isset, Tridentum ad concilium mittere. Sed ita tũ
praecipitare aeditionem illam omnino nolui. Di-
diceram siquidem illud a Platone, de rebus ipsis
publicis, nisi per summum concilium nemini lo-
qui fas esse. Illa aũt caussa cum magnopere perti-
neat ad ipsam Rempub. nõ debebat vtiq; nisi per
summum concilium aedi. Quare cum in me fre-
merent cuncti: Episcopum etiam meũ omneis
reprehenderent, magnis clamoribus, ac pene cõ-
uicijs summorum sacerdotum impulsus, diẽ mi-
hi dixit illius orationis nomine, quae dies eadem
fuit, qua de Rutenis quoq; erat iudicium consti-
tutum. Et cum ita ut fit in iudicijs, ex allegatis,

&

& responsis iudicarer: in omnibusq; valeret mea
confessio, omnia illa, de quibus arguebar: iure-
iurando purgaui: atq; in haec verba praeeũte mi-
hi conscientia mea iuraui.

IVRAMENTVM.

Ego Stanislaus Orzechovvski canonicꝰ Pre-
misl. eñ profiteor coram vestra Reuerendiss.
do. sub iuramento, & conscientia mea, libel-
lum ac libellos de Coelibatu nuper per me
aeditum, ac ęditos, in solam ingenij mei exer-
citationem, & disputatiõm susceptam cum
Reuerendo domino Martino Cromero Ca-
nonico Cracouieñ declamatorie cõscripsis-
se, Et illi soli vnum duntaxát exemplar Cra
couiam secreto trãsmisisse, vt illud apud ip-
sum solum maneret nulli alteri illud cõmu-
nicando, quod quia in lucem prodijt, illud si-
ne scitu & voluntate ac consensu meo est fa-
ctum, & ita fateor, id quod liquet ex his lite-
ris, quas ego ad dictũ dñm Martinũ Cro-
merum dedi, quibus illum rogaui, ne cuiq;
illud cõmunicaret. An aũt ille cõmunicaue-
rit alicui opus dictum, an vero ab aliquo alio
illo nescio sit publicatum, id est factum absq;
voluntate, & assensu meo testor Deũ & con-

 scie-

scientiam meam. Et ita iuro, eamq; libelli, & libellorum meorũ de cœlibatu publicatiõm tãquã cõtra volũtatem meã factã, nõ habeo ratam, nec acceptam, quam etiam propterea annihilo, & casso, ac eidem renuncio.

Hoc in loco scire ex his velim, qui nos hæc iurasse dolent: ecquid nam perperam hic a me, aut vitiose iuratum putet? Num quod Episcopũ meũ ordinarium appellem? at satis iam docui me iure subiectum esse illi. An vero illud, quod disputationis susceptæ caussa illã oratiõm me scripsisse profitear? At res ipsa docet disputatiõm esse, quæ diuersum putatur a duobus: cum alter ait, negat alter.

Iam illud quod iuro me soli transmisisse, id autẽ est, per alium misisse oratiõm illã Cromero, quo penes illum maneret solum, hoc me veré & ex animo iurasse cum Iacobus ipse Prilusius, tũ vero ipse Cromerus locuples est testis. Nam quod ambigue posui Cromerus ne, an alter quispiam illam orationem ędidisset, id quoq; vere posui, tũ ẽm cum iurarẽ, nesciui: nũc aũt de hoc isto quoq; mihi constat. Et qm̃ illa oratio ex conditione, atq; pacto mihi non fuerat Cracouia remissa, & præter meam spem offenderat plurimos, confessus sum æditiõem illius orationis mihi gratã nõ esse, quomodo aũt quæso esset, quæ tanto cũ tumultu, atq; offensione erat ædita? quam etiã ob rem ad extremum iurando conclusi, me illi æditioni renunciare, quid hoc verbi est? Aut quid hoc verbo sum assecutus? dixi ne illam oratiõm, illam ipsam inquam tractatiõm, res deniq; tractatas ipsas, dixi n m eas non esse? At hoc negare non potui: neq; etiam si negarem, efficerem tñ, quõ ẽm meum id non est, quod omnino est. Illam ergo tractatiõm cum illius tractationis sententia, integram, intactamq; iure ipso iurando seruaui. Nũq; ego hisce verbis dixi, falsum esse illud Pauli ad hebreos. Honorabile matrimoniũ ĩ omnib. & thorum immaculatum. Quid ergo sibi voluit ista verba: Nihil, nisi hoc quod dicam. Cum ẽm aliud sit æditio, aliud vero res ipsa ædita, tantũq; apud Dialecticos differunt, quantum ab accidenti differt subiectum, De re ipsa Ecclesiæ sit iudicium: æditiõm vero rei damnaui ipse, illiq; renunciaui, hoc est, illam præcipitatam esse non ꝓbaui, quam etiam propterea reuocaui, vt quasi postliminio ad me domum rediret, vbi nata quidem fuerat, sed nondum tamen erat educta, neq; instituta.

Et vero ita res est, sententiæ nostræ, nisi ante æditioné maturuerint vt cito æduntur, ita cito pereunt, lepideq; illud Sophoclis circumfertur, apud quem cum gloriaretur quidam, se breui tẽpore multa carmina scribere, Respõdit, breui tẽpore hæc & peribunt. Quare illud quoq; Flacci

 non

on immerito vsurpatur ab his, qui præcipitari æditionem nolunt.

Carmen reprehendite, quod non
Multa dies, & multa litura coercuit, atq;
Perfectũ decies, nõ castigauit ad vnguẽ.

Quid ita, quia apud Comicum quoq; sunt isti sci ri versus.

Nũq; ita quisq; bene subducta ratiõe ad vitã fuit,
Quin res, ætas, vsus sẽper aliquid adportet noui:
Aliqd moneat, vt illa, quę te scire credas, nescias:
Et quę tibi putaris prima, inexperiũdo repudies.

Quod cum de omnibus rebus dici potest, tum vel maxime de his, quæ ipsarum gentiũ, atq; nationũ controuersijs in vtramq; partem ambigũt. Si eñ ad Græcos venias, ad Alexandrinos, atq; ipsos Antiocænos, nihil sanctius apud hos sacerdotũ matrimonio inuenies. At si ad solos Latinos te conuertas, non idem sibi licere isti dicent, idq; illi defendent ipsius etiam vetustatis testimonijs: patrumq; decretis, qui omni ratione vxorẽ a sacerdote segregarunt. Quare in tãta, tamq; publica ipsius orbis terræ hac ista de re cõtentiõe, ęquũ fuit amicos meos amplius de ædenda illa oratiõe deliberare, et illam, aut non ædere, aut æditam Tridentum ad concilium mittere: & de publica controuersia, publicam sentẽtiã expectare, quorum neutrum cum sit ab illis factũ, viciosam propterea illius orationis æditiõm cogor confiteri. Quæ qm̃ frustra iam reuocantibus nobis in ore ẽ omnium

omnium, peto ab omnibus, ne illa ipsa tractatiõe mea aliquid de ordine sacro pręiudicent: quem ego præ cæteris amplissimũ esse, ac sanctissimum profiteor. Deinde illa quæ colligũtur a nobis illa oratione vitia, non in ordinem ipsum conferant, sed in nostram infirmitatem: quæ ab adolescẽtia semper prona est in malum. Quæ tñ refrenanda est omni continentia, inprimis aũt, vt Cromerus suadet: oratione, & ieiunio, quæ libidinẽ in dissolutis extinguunt, vt ignis, ignem. Quod si hac ista moderatiõne illa oratio legetur, non erit in quo se quis offendat illa nostra legens. Hæc ergo erat de æditione hac mea mens, & sententia, quã scrutari curiosius nemo debet, profecta eñ est ab occulta conscientia: quam solus videt Deus. Et qm̃ cæpi, audi reliqua in quibus & Episcopi mei summam diligentiam in conseruanda religione, & meam fidem cognosces. Mox eñ sequitur de Rutenis, de quibus quid iurauerim attende: & aliquando cognosce, quid possit calumnia, quę ne hoc quidem, quod nos optimo animo, ac cõsilio egimus, patitur sine obtrectatione quiescere.

II.

Idem Stanislaus Orzechovvski, profiteor coram vestra R. d. & promitto sectam Rutenorum, eiusq; errores, nec dictis, nec scriptis meis

meis me approbaturum, neq; erroribus illorum patrocinaturum, nec eorũ errores cõmendaturum & in ritu eorum erroneo confirmaturum.

Sectę ipsius nomen in Ecclesia infame semper fuit, nam quod Graecis haeresis, id secta est latinis. Est enim inimica ocij, quam ego non in Rutenis tantum, sed nusq; probo, quale illud de processione Spiritussancti apud illos memoratur: quod illum a patre, non aũt & a filio procedere dicant.

Fuit haec opinio fateor grauissimorum virorum atq; totius Graeciae principum, quos secuti Ruteni, Symbolo etiam in Concilio Constantinopolitano primo aedito, profitẽtur a patre Spiritum procedere, nihil addendo de filio. Quod si ab illis vt dicitur, ita etiam creditur, error est: secta est: a communi professione, & a fide vniuersorũ dissentiens. In quo tñ illud est mirabile, quod cũ Rutheni illud quod Graeci ὁμοούσιον illi iedynosiuscestvvo appellent, illudq; patri cum filio ęqualiter tribuant, quomodo illius vnius essentię vnũ esse spiritum non credunt? & si credunt, vti certẽ credunt, quomodo spũm ab vtroq;, hoc est a patre, & a filio, procedere negent? equidem nõ intelligo. Reprehenduntur Ruteni a nonnullis latinis, quod cum spũm qui a patre procedit dicãt super filium quiescere, non aũt a filio procedere. Quasi vero error hic illorum sit, & nõ potius ipsius Esaiae vox 21. qui ita de Christo domino loquitur humanitus ET REQVIESCET SVPER eum Spiritus sapientiae, & intellectus, spũs consilij & fortitudinis &c. Et Ioã. 1. Super quem videris Spũm descendentem, & manentẽ super eum, hic est qui baptisat in Spiritu sancto, haec ergo illi de Christo domino ita sentiunt. Neq; in eo errant, verissima eñ haec sunt vt vides, nisi forte in eo latet aliquis error, quod ea quae humanitati ipsius Christi tribuenda sunt, illi deitati tribuant, quod si faciunt, id certe error est: secta est. Quae eorum culpa versatur in ea gẽte, qui cũ docere illos possint, non docent.

Ad eundem modum nullum ritum, quiquidẽ erroneus sit, apud Rutenos probo. Nam veros ritus qui damnarem, cum illi nobiscum ipsis sint cõmunes? Nam verum vero, quod dicitur, nunq; aduersatur. Quod eñ verbi gratia ad Graecorũ morem templa dedicant Ruteni, quod hoc verbo passiuo terciae personę, baptisatur, sub nomĩe sanctissimae Trinitatis baptisant, quod frequentissime summa cum abstinentia ieiunant, quod mortuos suos magna cum cęremonia sepeliunt, & alia modi istius multa, Ritus id quidem est, sed error nõ est. At illa quae ipsa sibi finxit plebs, quae nimiũ stulta, & religiosa est, qualia sunt illa mortuis ad sepulchra deferre cibaria, non nere, nõ paginas abluere: non dare panem mutuo ipsa quinta

ta feria. Et si quid apud illos eiusmodi est, non ri-
tus tantum, sed ritus etiam erroneus censendus
est. Quos ego ritus erroneos omneis iureiurando
damnaui, necq; illos tenere, nec alios docere pro-
misi, quid em̄ aut ipse credam, aut alios doceam
illa delyramēta superstitiosæ plebis. Ego ea quæ
manent in Ecclesia, & sunt vbicq;, probo: etiamsi
a schismaticis, aut ab hæreticis vsurpentur. Se m-
per em̄ probaui illud Augustini dictum, qui cō-
tra Donatum scribens, censet, ita damnanda es-
se hominum ipsorum mala, vt non damnemus ī
eisdem Dei bona. Necq; em̄ id quod bonum sua-
pte natura est, vnquam malum erit hominū illo-
rum malicia, apud quos est. Huius ego dicti me-
mor, examinatis sanè verbis, illud in iureiuran-
do addidi, Erroneos, vt relictis apud Ruthenos
probatis ritibus, excluderem hoc verbo omneis
ritus erroneos, quod hi pugnarent cum ipsa Ec-
clesia quæ est vniuersorum, cui quantum tribuā
audi.

III.

Promitto etiam omnia Ecclesię sanctæ Ca-
tholicæ, ac sedis Romanæ decreta, ac institu-
ta, non aliter quā ipsa Ecclesia Catholica, ac
sedes Romana ex antiquo tenet & obseruat,
me sentire, docere & absq; quauis reprehen-
sione mea obseruare.

Hoc

Hoc capite promisi nihil probare, necq; damnare,
nisi quod Ecclesia Catholica probat, aut dānat.
Absit aūt vt ab hac dissentiam: aut ipse mihi de-
creta fingam, quæ sint aduersa illi, quod ego iu-
raui iam olim quam essem æditus, baptismo su-
scepto. Quare nihil noui hoc loco iuraui. Nā il-
lud quod addidi, ac sedis Romanæ id cōsentit cū
ea sententia, quam & in libro pro Ecclesia Chri-
sti, & in hoc isto scripto pauloante defendi. Nem-
pe principem in Ecclesia olim fuisse Petrum, nūc
aūt esse eum, qui huic succedit, pontificē Roma-
num, quo gubernante, atcq; procurante cū Eccle
sia vniuersa administretur, recte ille ipse Episco-
porum cętus, qui illi in procuratione Ecclesię ad
iungitur, sedes Romana a Romano pontifice vo
catur, vt Ecclesiæ ipsius nomen omneis qui fide
Catholica censentur, hoc est plebem cum ipsis pa
tribus, comprehendat. Ipsius vero sedis appella-
tio, designet solos patreis, vere dicam: a Spiritu
sancto conscriptos, cuiusmodi sunt Papa, Patri-
archæ, Metropolitæ, atcq; horum Episcopi, hi em̄
sunt quasi quidam senatus ipsius Ecclesiæ, penes
quem est grauissimum omnium rerum in Eccle-
sia Dei iudicium, vt non aliud sibi plebs sumat,
quā id quod patreis ipsi cēsuerint, autoresq; fue-
rint. Itacq; iuraui Miekici, id quod nunc magna
voce apud te repeto. Me decreta Ecclesiæ sanctæ
Catholicæ toto terrarum orbe diffusæ, atcq; diui-
sæ, pari honore cum Euangelio ducere. Hæc em̄

Euangelij

Euangelium scripsit: hęc eadem alia, eodem tñ fonte cadentia, quæ non scripsit, fideli memoria retinuit. Hæc secernit vera, a falsis, bona, a malis: huic error nunꝗ obrepit, & breuiter, nō est in ea macula, neq; ruga. Cui quidem Ecclesiæ, vt recte, & ordine in ea omnia fiant: Christus dedit q̄sdam quidem Apostolos, quosdā aūt prophetas, alios vero Euangelistas, alios aūt pastores, & doctores, ad consumationem sanctorū: in opus ministerij: in ædificatiōm corporis Christi &c. Vt essent hij in Ecclesia instar cuiusdam senatus, atq; legitimi magistratus, cuius iudicio stent, cadātq; omneis causæ nostræ. Hunc ergo siue Senatum, siue Magistratum Ecclesiæ, non sit em̄ de nomine nobis lis: cum omni vetustate iurans sedem Romanam vocaui, quōd illi moderatur is, qui Petro in Pontificatu succedit, quo Ecclesia carere nequit: & quod hoc sublato, ordo in Ecclesia nullus erit, quemadmodum docui prius, quod cum essem professus, illud quoque iuraui.

IIII.

Honestatem Clericalem, ac melioratione ꝓmitto me diligēter seruaturum, et ea omnia quæ lędunt existimatiōm meam & ordinis mei me diligenter vitaturum, curaturūq; me daturum operam ne vestræ R. d. spē de me, & hanc promissionem meam in aliquo frustratam facerem.

Cum tanta sit ipsius Sacerdotalis ordinis dignitas, quantam ego sum iureiurando professus, qd aliud restabat, quā promittere summa veneratiōe apud me illum esse debere. Cuius summā dignitatem præstantissimamq; authoritatem, vt omni ratione tuerer, non solum ipse bene viuendo, sed etiam alijs recta præcipiendo, scribendoq; meam Episcopo hoc loco obstrinxi fidem, atq; vtinā idē facerent vel iniurati cæteri, qui in hūc istum ordinem stilum ita contorquent, vt illum perditū esse cupiant, quodne esset in Diocœsi Premislień. hoc isto capite, quod sequitur, Episcopus meus prudentissime cauit.

V.

Promitto libellos, si quos deinceps ædere voluero, me nullos ęditurum, sine consensu & licentia vestræ R. d. & aliorum Pręlatorum totius Regni huius.

Tantum ego Episcoporum potestati tribuo, vt cum īterdum studio impulsi scribamus aliquid, id non prius dignum luce putemus, quam fuerit ab ordinaria potestate comprobatum. Qua in re cuius tandem iudicium grauius apud me esse debuit, quam eorū, quorum iudicio ipsas duodecī tribus Israel Deus subiecit? Et de quorum manibus Ecclesiæ suæ sanguinem olim requiret? Qui

ita in Ecclesiæ custodia positi sunt, vt errorũ no=
strorum etiam illis reddenda sit olim ratio, ita il=
lorum oculi in omnibus dictis, factis, atq; scriptis
nostris semper interesse debent. Plato quidem il=
le, de sententia Socratis, cum suæ Reipub. leges
daret, eas vel inprimis iubet, quibus ĩ ciuitate cer
ti homines præficiuntur, ædendis scriptis, vt nisi
his autoribus, in ciuitate ędat nemo. Plato homo
alienus a Deo hoc vidit, quod Episcopi in Eccle=
sia Dei non videbunt? præsertim cum tot casib.
moniti meminisse debeant, quantũ hæc ista pro=
miscua ædendi licentia Ecclesiam afflixerit, dum
quod vellet quisq; æderet: dum ædentem nemo
corrigeret, ex qua licentia, variatis hominum opi
nionibus, variæ hæreses sunt exortæ: quibus as=
sidue opprimimur. Nec finis vllus apparet nisi de
inceps sine publica autoritate libros ædat nemo,
& nisi hi, qui sunt iam æditi, ad carcerem iterum
fuerint reuocati. Hoc ergo capite Episcopus me
us cæteris exemplum in me prodidit, cum hãc li
cẽtiam certis legibus astringeret: quæ tñ tolli nõ
potest, nisi id quod sequitur, summa sit autorita=
te apud nos.

VI

**Promitto honorem debitum, & reuerentiã
& obedientiam, Prælatis eisdem, Inprimis
Sanctissimo domino nostro Paulo tertio, e=
iusq; toti curiæ Romanæ, ac Archiepiscopis,
Episcopis, & Prælatis huius Regni, nullas
diffamationes & calumnias inferre.**

Cũ illud fuerim confessus vere, & ex animo am=
plissimam esse ipsius Ecclesiæ dignitatem, mini=
strorum, etiam ipsorum, quos sedis Romanę no=
mine supra comprehendi, summã esse autoritatẽ
hoc restabat, vt iurassem me dicto illis audientem
fore. Vides Miekici vt caput huius iuramenti ex
alio capite nectatur, vt nihil temere, sed magna
rerum ipsarum ratiõe autore Episcopo meo sin=
gula ponantur. Sed hoc loco nobis occurritur,
quid si inquiunt Episcopus tuus aliquid aduer=
sus Deum, & conscientiam iubeat, etiam ne illi
tum obedies? Primum dico non iussurum, de=
inde si iusserit, ego non soli Episcopo obedientiã
iuraui, sed Archiepiscopis etiam: nec ijs tantum,
sed ipsi quoq; pontifici Romano: nec soli, sed ipsi
etiam curiæ Romanæ, quæ curia, cum sede Ro=
mana eadem est, quam sedem ego dixi cętum esse
Episcoporum vniuersorum, quorũ decreta po=
sui eadem esse, cũ decretis ipsius Ecclesiæ catho=
licæ. Quare, & si illud apud me certum, explora=
tumq; sit, si quando Episcopi præcipiant aliter,
quã velit Deus, Deo tum obediendum esse ma=
gis, quam Episcopis. Tamen hoc temere nõ agã,
ne ipse mea sententia apud me sim iustus. Si quid
eñ pręcipiendo aberrauerit Episcopus, eo mi=
hi legitima appellatione superioris potestatis ve=
nire ab illo licebit, vbi ad extremum in Ecclesia
pronunciabitur id sequendũ mihi esse, nõ quod

homo, sed quod vult Deus: Vt ita Deo integris Ecclesiæ gradibus, ad extremum obediam. Ad hunc modum cõstituta est disciplina in Diocœsi Præmislieñ Miekici, vt nemo ducatur sensu suo, Sed cum ego, tum cęteri omneis regamur sensu communi matris nostræ Ecclesiæ. Nam Arrius quoq; hæreticus immanissimus, dũ erraret, scripturam se dicebat sequi, ac in eo quod peruerse intelligebat, Deo se obedire magis dicebat quam hominibus. Qui tñ, quam longe abfuerit a vero vides, At illi qui nihil sibi arrogant, nihil sumũt, ideo errare non possunt, qm̃ cum vniuersis cõsentiunt, vt merito cum tali ratione pacem, ac trãquillitatem non in Ecclesia solum, verumetiã in Repub: custodiant. Quæ tranquillitas qm̃ ex tali obedientia nascitur, recte a me pro Epilogo illud q̃ est positũ, preæunte mihi Episcopo meo.

VII.

Trãquillitati, & paci huius Diocœsis vestræ R. d. ac totius Regni consulere volo, & promitto, præcauendo ab omnibus perturbationibus, ac molestijs.

Vnde hæreses in Ecclesia, vnde seditiones in Ciuitatibus temporibus nostris extiterunt: nõ aliunde, mihi crede, q̃ ex contemptu ordinariæ potestatis, ex quo nascitur licentia: ex hac deinde ea mala, atq; incommoda quæ euertendæ Reipub: ac ipsius Ecclesiæ caussa solent esse, quo meus vt Diocœsim suã, immo vero Russiam totam, atq; adeo hoc inclytum Poloniæ Regnum liberaret Episcopus meus, quantum in illo fuit me obligauit pro pace, atq; tranquilitate cõmuni, nõ quod ille me aliquid contra Ecclesiam, aut cõtra ipsam Remp: moliri arbitraretur. Absit em̃ hæc immanitas a me, non est virium mearũ scelus hoc, multo minus etiam naturæ, ac voluntatis meæ: sed quod curaret, ne quid deesset ad eam disciplinã, quam hoc isto iureiurando sancte amplectebar, ideo Ecclesiæ caussam, cum ipsa Repub: cõiũxit. Nemo em̃ bonus Christianus est, qui idem nõ sit optimus ciuis. Quare cum me Episcopus meus remoueret a seditiosis, & cũ bonis omnibus cõiungeret, vtraq; posuit quæ redduut & bonum ciuem: & Christianum virum, quæ tñ ambo ex vno, & eodem obedientiæ fonte manant. Quę cũ ego aperte illo in iudicio præmeferrẽ, vt me Episcopo meo darem, pęnam quoq; de more hisce verbis addidi.

VIII.

Vbi vero inuenïar repertusq; fuero aberrasse contra hæc promissa mea, hodiernumq; pcessum, & iuramentum contẽpsisse, submitto me censuris Ecclesiasticis, ac priuatiõi omnium beneficiorum meorum Ecclesiasticorũ, Sic me Deus adiuuet & hæc sancta Dei Euangelia.

Epilogus hic satis monstrat, quid de tota Ecclesiæ ratione sentiam. Nam cum nonnullis videret̃ sponsione pecuniaria mecum esse agendum, improbum id esse duxi, quod ibi pecuniæ locus nõ esset, vbi conscientiæ causa ageretur, cuius tanta vis est, vt nulla pecuniæ magnitudine possit prohiberi, quin eo feratur, quo intendit proinde nihil auare neq; cum metu agere volui omnia egi pura, & syncera fide. Itaq; cum summum ius esse ministrorum Ecclesiæ in me essem professus, quo maiori sacramento obligare me debui, quam eo, vt si quid fallerem sciens, vt æternam damnatorũ pœnam sustinerem, quæ vtiq; maneret eos, qui legitima censura ex Ecclesia pelluntur. Vnde si quo casu exciderem, merito beneficijs illius priuarer, quæ tametsi sint perexigua, tñ ne his quidẽ iure frui posse nisi in Ecclesia. Hoc ergo isto Epilogo clausi iusiurandum meũ, quod si penitius introspicias, mirificam disciplinã in Diocœsi Prémislieñ constitutam esse a Ioanne Diadusio videbis. Quid em̃ huic deest? aut quid superesse putas, quod quis iure addi minuiue putet. Vt iã facile constet, non errata mea quæ nulla (vti sperare videor) fuerunt, hoc iuramento corrigi, sed exemplũ alijs dari, quales esse debeant in sibi cõmissas plebeis.

Ad me quantum attinet, purgaui me de his rebꝰ quibus insimulabar, me videlicet (vt ad caput instituti sermonis redeam) non aliã Ecclẽsiam tueri,

q̃ eã quæ esset vniuersorum: nihil me in illa nouare: moliri etiam nihil, cõtraq; vehementissime his aduersari, qui illam dissipare conantur rebus nouis, quod cum faciam, manere in instituto videor: neq; circũferor omni vento doctrinę, vt ad Prothei modum muter in formas religionis varias: forma interim abiecta religionis vera.

Quod cum ita sit, admonebis istum quicunq; tãdem ille sit, ne temere in ignotos irruat: neue esse nimium curiosus in negotio religionis uelit Ponat sibi idoneũ religionis iudicẽ ipsam Ecclesiam, quam si aliquando adeat, multa audiet, quę in illa discrepẽt a Lutero, quem ille appellat athletam Christi fotissimum, vtinã uero fuisset: nũq; corpus Christi, quę vera ecclesia est, tantopere lacerasset. Cui cum bellũ faceret, multa dixit, et scripsit, quę in nulla ipsius Ecclesię parte probãtur: siue quis Latinos, siue Græcos, siue Alexãdrinos, siue Antiocenos adeat. Quę cum ita esse cognouerit, caueat deinceps verbũ ne qnod unq̃ ex ore ipsius excidat, vnde ipsa Ecclesia possit offẽdi. Offẽditur aũt maxime, cũ illius ministros contẽmnimus, & cũ ipsius decreta rescindimus. Quod vtiq; autor iste tuus præseferre videt̃ de quo tamẽ ego mi meliora ꝓmitto, cum videã illũ nullo argumento instructũ in mediũ ꝓdijsse: sed quæsitis verbis, et ad tẽpus factis vti. Huiusmodi aũt caussæ cũ simulatione opinionũ cõstent, non possũt esse diuturnæ, flectet hunc ætas, vsus etiã addet, quæ illi desũt multa etiã ratio ipsa minuet. Hãc mĩ spem

dat de illo indoles ipsa oratiōis, quę e candidiore
quodā aio ꝑfecta esse mī est visa Tu vero
Andrea Miekici hęc leges cum quibꝰ voles. Cum
his aūt velle debebis, qui nihil præiudicati ad legē
dū domo afferūt, sed e re ipsa sumūt, cur aut con=
cedāt id qđ legūt, aut repudient qđ fieri nequit,
nisi id quod scribit legerint, totūq; cognorit, inde
enim apparebit, quā caussa firma sit ipsa per se se,
quamq; ꝓpter rationes certa, quorū neutrum vi
deri potest ab ĳs, qui in alienis scriptis minꝰ libero
sunt fastidio: & qui prius cōtemnūt, quam legūt.
Hoc itaq; tu cauebis: et hęc boni cōsules, quę si pa
rū elaborata tibi videbūt esse, cū occupationibꝰ
meis, tū vero necessitudini nostrę tribues, qua fre
tus, quicquid sub stylum venit, ad te fere semper
scribo. Modi etiā istiꝰ scripta, quę nomine carent
indigna sunt, qu ibꝰ respōdeas tātū abest vt aliqd
aduersū accurate scribas. Ipsa em̄ se dānarūt, qđ
noie carēt: lucēq; oderūt. Quare posthac si qd ti=
bi a me scribi voles fac argumētū aliquod liberale
suppedites: In quo et te cōmissi, et me suscepti mu
neris minime pęniteat. Nunc tamé do tibi
hāc veniā oblitꝰ cōsuetudinis meę, tibi
morem gessi, ac respondi, si
non ita vt tu volebas, at
certe vt ego poterā.
Bene vale.